



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

de feud. alie. Guid. Pap. quest. 48 §. nu. 3.

Fallit etiam quando dispositio prouidet in masculis, & est limitata ad masculos, quia censetur esse prohibita in feminis, quia quod uni applicatur ceteris uidetur esse denegatum. l. quod in rerum. §. si quis post ibi quod alii destinatum est, ceteris ademptum esse uidetur. ff. de leg. primo. & l. fideicom. §. cum esset. ff. de l. ij.

REGULA LIIII.

Laicus non admittitur ad accusandum, uel denunciandum clericum ciuilitate de crimine † quia laicus non debet se intromittere de clericis. c. Olius, extra de elect. c. hinc fin. 29. distinct. nisi suam uel suorum iniuriam prosequatur, de quo infra.

Fallit r. nisi laicus sit patronus uel parochianus, quia magis interest, & potest crimen clerici denunciare. Io. de Anna. in c. illa de accusat. 16. q. i. c. constitutum & c. filiis. 27. q. 4. & c. uenerabili. de off. delegat. & ideo contra praeceptum electum, possunt layci quorum interest. excipere uel opponere de crimine uel defectu, secundum glo. in c. ut circa, in uers. aliqui de elect. in 6. & ibi domin. in princ. ii. col. n. 4. Innoc. & Antonius in c. cum Bertoldus de re iudic.

Fallit in crimine de quo si clericus a layco denunciaretur redderet suam institutionem nullam ipso iure. secundum Antonium de But. & secundum Felinum in c. ex parte. nu. 9. de testib. & Anch. in clem. abusioibus de pœn. & remission.

Fallit quando agitur de dilapidatione bonorum ecclesie, quia in subsidium clericorum admittitur quilibet laycus ad denunciandum. Feli. in d. c. ex parte nu. 10. de testi.

Fallit etiam quando agitur de crimine famoso & scandaloso, quia laycus potest clericum denunciare, quia inferior potest arguere superiorem, quando ex malo exemplo timetur scandalu. ii. q. 7. c. paulus. in fin. Ita Bal. in d. c. ex parte de testibus, & ibi Felin. qui mouetur tribus mediis,

F diis,

diis, seu rationibus notab.

- 5 Fallit etiam quando procedit monitio fraterna, & hoc ad excitandum iudicis officium ad inquirendum de vitis contra clericum, secundum opin. Bal. in d. c. ex parte de testibus, & ibi Felin. parum post. nu. 2. quod tu & obserua.
- 6 Fallit etiam in omnibus illis casibus, in quibus laycus potest accusare clericum de crimine criminaliter, ut si suam uel suorum iniuriam prosequatur. ut de crimine hæresis, uel simoniæ; quæ consistit tam in dando quam in remittendo, secundum Abba. in c. ueniens. il primo. not. de testib. & ibi Felin. Sand. ac etiam potest consistere in sacramentorum necessariis, ut Felin. in c. dilectus. l. de simon. quando sacramenta spiritualia gratis non ministraret, sed aliquid ex pacto acciperet, quia presbyter debet omnia sacramenta subministrare infirmo, nec aliquid ex pacto capere. Felin. in c. suam. not. 2. de simon.

REGULA LV.

- 1 Legatarius non tenetur stare colono. glos. est in fundum in uersu. qui fundum, & l. si. merces. §. i. ff. locat.
- 2 Fallit hæc regula quando conductor habet omnia defuncti obligata pro obseruatiã contractus ut Bar. emptore. nu. 2. C. locat. Guido. Papa deci. 480. incip. cau. & Castr. & Saly. in d. l. qui fundum. nu. 3. ff. locat. Rom. in l. cum filiofa in §. si uir in quinquennium. nu. 1. & Alex. nu. 4. ibi. ff. sol. matr. & Ias. in l. filiusfam. §. diu. nu. 92. in rep. primæ lect. ff. de leg. i. Castr. in l. nihil. §. u. tam ff. eod. titulo.
- 3 Fallit 2. quando colonus haberet ius in re, uel ratione melioramentorum, uel ex aliquo alio prætenso iure, ut interesset. ut l. in uenditione §. si quis fructus. ff. de bon. auct. iud. possiden. Guido Papa deci. 480. nu. 2. & com. 129. processus.
- 3 Fallit 3. nisi ex forma legum, uel consuetudinis alter se haberet. ut Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratribus §. 2. nu. 8. q. 2.